



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

VI. Convivivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55129)

IV.

CONVIVIVM.

Die
Purifi-
cationis
B. Vir-
ginis.

cap. 4.

Est hoc altissimum & dignis-
simum sacramentum, salus ani-
mæ & Corporis, medicina om-
nis spiritualis languoris, in quo
vitia curantur: passiones fre-
nantur, tentationes vincun-
tur.

V.

CONVIVIVM.

1.
Dñica
Martij.

cap. 18.

Cauendum est tibi à curiosa
& inutili perscrutatione huius
profundissimi Sacramenti: plus
valet Deus operari, quam ho-
mo intelligere: fides à te exig-
tur & sincera vita, non altitu-
do intellectus, neque profundi-
tas Mysteriorum Dei.

VI.

CONVIVIVM.

Die
Resur-
rectio-
nis Dñi.

Ego cor purum quero; & ibi
est locus requietionis meæ, dicit
Dominus. Para mihi cenacu-
lum

lum grande stratum, & faciam
apud te Pascha cum discipulis
meis.

cap. 4.

VII.

CONVIVIVM.

Die
Annū-
ciatio-
nis B.
Mariæ
Virginis

O Deus meus, amor æter-
nus, totum bonum meum, fe-
licitas interminabilis: cupio te
suscipere cum vehementissimo
desiderio & dignissima reue-
rentiâ; quam aliquis sancto-
rum habuit, & sentire potuit.

cap. 17.

V. II.

CONVIVIVM.

I.
Dñica
Aprilis.

In hoc, ô Domine, imbecil-
litati meæ consulis, quod te sub
Sacramento abscondis. Habeo
verò, & adoro, quem Angeli
adorant in cælo.

cap. II.

IX.

CONVIVIVM.

I.
Dñica
Maij,

Hæc est vna principalis fide-
lis animæ consolatio, quamdiu
peregrinatur à te in mortali
corpore, vt sit sæpius memor

D